



# Specimen physiologico-medicum inaugurale de extracti carnis frigide parati virtute nutritente

<https://hdl.handle.net/1874/312628>

SPECIMEN PHYSIOLOGICO-MEDICUM INAUGURALE

D E

EXTRACTI CARNIS FRIGIDE PARATI

VIRTUTE NUTRIENTE.

ЛІБІДЬ СІРІЯ ПРОІ

ІСТУЧАТОВА ПІСНЯ

—

ІМЕНІ ОНИХ ЗЕМІНІ

СІРІЯ ПРОІ ВІДНОСИТЬСЯ

ІДАНІКА ТООЛІ

SPECIMEN PHYSIOLOGICO-MEDICUM INAUGURALE

D E

# EXTRACTI CARNIS FRIGIDE PARATI VIRTUTE NUTRIENTE,

QUOD

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

## JACOBI VAN HALL,

ORD. LEON. NEDERL. EQUITIS, ORD. CORON. QUERN. DECURIONIS,  
JUR. ROM. ET HOD. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS MEDICAE DECRETO,

## PRO GRADU DOCTORATUS

SUMMISQUE IN MEDICINA HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

JOANNES GEORGIUS MARIA HANLO,

AMSTELODAMENSIS,

DIE XVIII M. MAJI A. MDCCCLV, HORA VI.

—••••—

AMSTELODAMI,  
APUD C. G. VAN DER POST.  
MDCCCLV.

卷之三

M A T R I


O P T I M A E , C A R I S S I M A E

E T

O M N I B U S

Q U I O P E A T Q U E C O N S I L I O , S T U D I I S M E I S F A V E R U N T ,

S A C R U M .



Dum relego , scripsisse pudet; quia plurima cerno ,  
Me quoque , qui scripsi , judice , digna lini.

OVIDIUS.

Nova extracti carnis parandi methodus , a chemico  
illo celeberrimo J. LIEBIG nuper indicata , causa fuit ,  
quae me ad sequentes conscribendum paginas , induxit.  
Aptissimum exinde , ut ipse fatetur , nasceretur ali-  
mentum , quod , quum esset digestu facillimum sub-  
stantiisque nutrientibus ditissimum , cum post morbos  
chronicos , tum post acutos et in hisce denique orga-  
nismi humani conditionibus , ubi digestionis officina  
laesa fuerit ac langueat materiei metamorphosis phy-  
siologica , (uti in chlorosi , scrofulosi , anaemia , atrophia)  
permagna ad recuperandam valetudinem praestaret of-  
ficia. Hisce verbis novum istud praescriptum sub ti-  
tulo »Neue Fleischbrühe für Kranke , in annalibus suis  
(Band XCI Heft 2) memoravit.

Man nimmt zu einer Portion dieser Fleischbrühe ,

ein halb Pfund Fleisch von einem frisch geschlachteten Thiere (Rind oder Hühnerfleisch), hackt es fein, mischt es mit ein und ein achtel Pfund ( $1\frac{1}{8}$ ) destillirtem Wasser, dem man 4 Tropfen reine Salzaüre und  $\frac{1}{2}$  bis 1 Quentchen Kochsalz zugesetzt hat, gut durcheinander. Nach einer Stunde wird sie auf ein kegelförmiges Haarsieb geworfen; und die Flüssigkeit ohne Anwendung von Druck oder Pressung, abgesieht. Den zuerst durchlaufenden trüben Theil giesst man zurück, bis die Flüssigkeit ganz klar abfließt. Auf den Fleischrückstand im Siebe, schüttet man in kleinen Portionen ein halb Pfund destillirtes Wasser nach. Man erhält in dieser Weise etwa ein Pfund Flüssigkeit, (kalten Fleischextract) von rother Farbe und angenehmen Fleischbrühe Geschmack. Man lässt sie den Kranken tassenweise, kalt nach Belieben nehmen. Sie darf nicht erhitzt werden; denn sie trübt sich in der Wärme und setzt ein dickes Gerinnsel von Fleischalbumin und Blutroth ab. Eodem loco de extracti istius compositione chemica, qua ejus prae ceteris nititur praestantia, agit, qua de re alibi nobis paullo fusius erit dicendum. Colloquium cum medico clarissimo Pfeufer, qui tempore isto, filiam Liebigii in domo typho laborantem visitabat, chemico, ad novum illud nutrimentum excogitandum, ansam praebuerat. Questus enim erat Pfeufer, curam diaeteticam eorum, qui

hocce morbo aegrotarent, praesertim ubi convalescerent, cum propter mutatam viscerum conditionem, tum propter alimentorum defectum, quae et haematosi prodessent, quorumque facillima foret in ventriculo digestio, singulares medico creare molestias.

Brevi post, filia nutrimento illo usa, amissam recuperavit valetudinem. Atque ex eo quidem inde tempore praescriptum illud, ut narrat LIEBIG, in nosocomio urbano a medicis, PFEUFER et VON GIETL aegris administrari solet et in multorum urbis MONACHII, praxin abiit privatam. LIEBIGII nomine, in chemia tam claro, Pfeufferiique in medicina practica celebritate res magis magisque innotuit; ita ut in omnibus diariis, medicinae dicatis, de ea mentionem factam viderimus; praesertim quum eodem fere tempore casus, qui inter ipsos LIEBIGII cognatos occurrerat publici factus esset dominii.

Casus ille hisce verbis ab eo describitur. Eine junge verheirathete Frau, welche in Folge einer Eierstockentzündung, keine festen Speisen geniessen könnte, würde zwei Monate lang ausschliesslich mit dieser Brühe bis zur vollkommenen Wiederherstellung ihrer Gesundheit erhalten. Sie nahm in dieser Zeit an Fleisch und Kräften augenfällig zu.

Ad nos etiam cito hujus rei transvolaverat fama. Quo facto, quum virum clarissimum J. VAN GEUNS,

praceptorum aestimatissimum, de apta consulerem dissertationis materie, quae nec vires superaret tenues juvenilesque, et aliquantulum saltem novi afferet, auctor ille mihi fuit, ut nutrimenti istius virtutem experimentis indagarem. Pro quo consilio proque benevolentia, qua me semper prosecutus est, hic illi animum gratissimum, mihi praebere liceat. Semper se mihi praebuit amicissimum, jucundissimaque erit trium annorum stadii, quo discipulus copiosa ejus doctrina ac consuetudine familiari usus sum, recordatio. Servet eum Deus Optimus Maximus, per longissam annorum seriem, in columem in familiae salutem ac in commodum studiosorum, quibus in posterum, ex uberrimis ejus lectionibus largos continget carpere fructus.

Qua ratione nunc autem fieret illa, de qua locuti sumus, indagatio? Ubi methodos, virtutis nutrimentorum indagandae, quibus antea uti solebant physiologi, fusius paullo perscrutati erimus, rationem a nobis electam exponemus. Varias hasce inquirendi methodos, erroribus suis obnoxias, sequelas que exinde exstisset aut incertas aut ambiguas saltem, demonstrabimus. Quomodo physiologi Scyllam unam errorum vitare cupientes, in Charybdin alteram saepius incident, patesiet.

Classes duas praecipuas inter eos, qui quaestionem.

de qua hic agitur, agitarunt, reperimus. Una actionem ventriculi sub digestione ipsa in cibos assumptos spectabat; altera, chemiae organicae face praelucente, compositione alimentorum chemica sola in nutrimentis dijudicandis, utebatur. Ita factum est, ut ab utraque parte, cum effatum istud praeclarum, "medio tutissimus ibis," abiisset in oblivium, a recta via declinaretur. Classis prima eaque antiquissima in duas rursum divisa erat partes; quarum sectatores diversos, aut mechanicos, aut chemicos, dicere lubet.

Mechanici, vim mechanicam tantum sub digestione in cibos agere statuentes, sequentem enunciabant opinionem: digestio est tritura ciborum. Nonnulli hujusce doctrinae discipulorum eo pervenerant, ut inter illos verbi causa Pitcairn vim parietis fibrosae ventriculi contractilem, librarum 12,951, TRACASSIN 117,088 quinimo WAINEWRIGHT 260 pressioni adaequarent. BORELLI, HECQUET aliique huicce quoque favebant opinioni. Modum itaque, quo contererentur cibi in ventriculo, prout facilius id fieret aut tardius, normam praebere, qua virtus ciborum nutriens, dijudicaretur, opinabantur. SPALLANZANI, RÉAMUR econtra experimentis paullo post docuerunt, trituram istam sub digestione apud carnivora saltem, partes tantum agere secundas; apud aves solas, ubi musculosi magis sunt ventriculi parientes, majoris illam esse momenti. Nostrae aetatis physio-

logia istud confirmatum est. MAGENDIE, SCHULTZ, BEAUMONT, WEPFER, TIEDEMAN, GMELIN motum peristalticum, quo chymus in ventriculo circumvehitur ac trituram quandam subit, denique versus duodenum propellitur, accuratius, descripserunt.

Altera primae classis physiologorum pars digestio-  
nem actionem mere chemicam esse statuit. Experi-  
mentis a SPALLANZANIO, LEURETO, LASSAIGNE, TIEDE-  
MANNO, GMELINO in animalibus, a BEAUMONTIO in homine  
institutis, luce clarus factum erat, succum dari gas-  
tricum, quo solverentur cibi aptique assimilationi red-  
derentur. Inventi novi istius verum ad nostram usque  
aetatem integrum permansit, praecipuumque nunc  
constat in eo esse digestionis momentum. Non mirum  
itaque, ex varia, succi istius varios in cibos actiones  
ad facultatem nutrientem, hujus illiusve alimenti con-  
clusiones factas fuisse. Experimenta ad hancce solven-  
dam, quaestionem duobus praecipue modis institue-  
bantur, vel intra nempe vel extra organismum. De  
methodo prima, primo loco erit dicendum. Inter  
physiologos, qui illa usi sunt, nobis occurrunt BEAU-  
MONT, HELM, GOSSE, SCHULTZ.

Primus in viro illo canadensi ST. MARTIN, dicto cui  
e vulnere parietes ventriculi perforante, fistula per-  
manserat stomachi, experimenta instituit. Ex variis  
temporis spatiis quibus cibi varii ventriculo ingesti

mutabantur, ac e gradu quo progressa erat ista mutatio, conclusit ad virtutem ciborum variam. In opere suo egregio. »Experiments and observations on the gastric juice and the physiology of digestion, experimentorum illorum eventus ordine disposit.

HELM, cui similis fere casus observandi contigerat opportunitas eodem modo experimenta instituit. In opusculo »Zwey Kranken-Geschichten (die erste betrifft ein Weib mit einem Loche in dem Magen) ea literis mandavit."

GOSSE, cui singularis data erat facultas, qua cibos statim postquam fuissent ingesti, deglutiendo aëre, vomitu, sua sponte reddere posset, ex mutationibus, quas subierant, alimenta in tres classes dividens, prout inter spatium 4— $1\frac{1}{2}$  horae in perfectum, imperfектum aut in nullum adhuc chymum abiissent, ex inde de varia diversorum ciborum ad nutritionem utilitate, varium tulit judicium.

SCHULTZ denique (de concoctione ciborum experimenta nova) autopsiis animalium, quae sub digestione necaverat, ciborum in organismo fortunam prosequi conatus est. Quid autem ex hisce virorum illorum experimentis ad solvendam quaestionem de majori minorive nutrimenti praestantia redundavit?

De temporis spatio vario, quo morantur cibi in ventriculo, pro parte nos quidem secere certiores, de

transitu autem eorum in tractum intestinalem, ubi physiologia hodierna, in duodeno saltem, amyłacorum ac pinguedinum solam fere posuit digestionem, per se nihil ex iis innotuit. SCHULTZ quidem viscera animalium suorum inspexerat. Experimentorum autem ejus eventus, uti monuit EBERLE, tantopere ab iis, quos statuerat BEAUMONT, discrepant, ut nulla iis fides tribuenda sit.

Postquam EBERLE, succi gastrici artifialis parandi primus docuerat methodum, extra organismum animalem, longam experimentorum seriem institutam, quibus qualitas alimentorum majus minusve idonea, dijudicaretur, memoratam videmus. MÜLLER, SCHWANN, WASMANN, VOGEL, VALENTIN aliisque huicce rei operam navarrunt.

At neque ex ea ipsa methodo certa fieri ad variam ciborum in organismo virtutem potuit conclusio.

Licet id agerent imprimis, ut circumstantiae omnes in organismo obviae et in suis occurrerent experimentis, nonnullis tamen neglectis, inciderunt in errorem. Motus nempe ventriculi peristalticus, qui uti supra diximus, sub digestione partes agit, in hisce experimentis verbi causa deērat.

Experimento satis ingenioso motus hujusce in cibos effectum utilem nuper demonstravit Reclam. In conacione medicorum Tubingii, anno 1855, convocata,

hac de re verba fecit. Ubi, canibus jejunis, magnam lactis copiam apponens eosque sub digestione mactans ex impressionis vestigiis, quae in caseini coagulati massa multiformi, remanserant, actionem ventriculi in cibos mechanicam patefecerat experimento illi alterum adjecit. Fragmentum carnis bovinæ crudæ, sub temperatura 50° RÉAUM., succo gastrico, digerendum commisit in vasculo, quod in loco remoto, ne omnino agitaretur liquor, seposuit; alterum carnis ejusdem fragmentum, sub iisdem plane conditionibus collocavit, hocce tantum discrimine, ut vasculum istud per aliquot horas gyaretur. Examen microscopicum substantiae muscularis, utriusque fragmenti, docuit: fibrillas musculares primætivas vasculo, quod agitatum erat, contentas, plane fuisse solutas, ita ut massam referrent molecularem, nec ulum remansisset striarum transversarum vestigium; e contra ex altero vase, fibrillas nullas fere adhuc subiisse metamorphoses.

Ad eam nunc classem pervenimus physiologorum, quae, compositionem chemicam ipsorum ciborum spectans, hacce via ad eruendam quaestionem, quid singula valerent nutritioni alimenta, progrediebatur. Elementa, compagem corporis animalis organicam constituentia, dari in cibis oportere, chemia docuerat. Quum autem elementum unum præ altero majoris organismio ponderis esse patuisset, elementum illud solum alimenti

MILLON dixerat: Le son est une substance essentiellement alimentaire. CL. DONDERS denique analysi microchemica invenerat, inter strata, quae cerealium fructus circumdant, dari unum cellulis protein igeris ditissimum. Stratum istud nunc ubi fromentum verbi causa, pericarpio denudatur, furfuri adhaerens vulgo rejicitur. Fieri itaque non potuit, quin physiologi, de jactura materiei, quae ob compositionem chemicam nutritioni egregia esset habenda, dolentes, rem accuratius indagare conati sint. Medicus militaris FLES quaestionem experimentis enucleavit. Cani cuniculoque furfures apposuit, eos autem fere immutatos inter faeces detexit, dum pondus corporis animalium in dies diminuerat. Idem invenit, apud hominem, cui panem pro parte e furfure confectum, administraverat. Apud virum, qui manus sibi ipsi intulerat, sub autopsia, furfures indigestos totum per tractum intestinalem prosequens, stratum illud proteinigerum intactum conspicuit. Accedit, quod in homine sano furfures irritatione mechanica alvum liquidam movere solebant. CL. DONDERS paulopost experimenta memorata aliis denuo confirmavit ac Poggiale nuper (comptes rendus 1855, Tome II, p. 575). Academiae scripsit Gallicae, se analysi chemica furfures jam a cane digestos, 80 % adhuc materiei proteinicae, organismo itaque amissae, continere invenisse. Praemagnae

itaque exspectationes hac in re inanes fuerunt. » De gezonde mensch, inquit doct. FLES, (Nederl. Lancet 6de Jaarg., p. 226) wiens digestie-organen behoorlijk werken verteert de zemelen, die met het brood worden genuttigd, niet, en zij zijn dus voor hem geen voedsel. In te groote hoeveelheid daarentegen toege diend, kunnen zij door mechanische prikkeling na deel veroorzaken. Nutrimentum itaque hocce casu solutioni obstans, assimilationi fuit inutile. Duri cellularum parietes succo gastrico in pervii erant. Crines, cornua, quis eos azoto gaudere negaret? Quis autem nutrimenta vocaret?

Vidimus itaque, neque ex compositione chemica sola, neque ex experimentis extra organismum institutis, ubi semper conditiones aliae ac physiologicae obsunt, quaestionem, quae de virtute alimenti agit nutritive penitus erui posse. Si autem alimentum ventriculo sano ingerimus, ejusque effectum totum in organismum, latissimo sensu perscrutamur, tunc demum, licet labor foret vires longe superans humanas, de ingestis materie magis minusve valente ferri posset judicium. RAWITZ in opusculo (Ueber die einfachen Nahrungsmittel. Ein Beitrag zur rationellen Diaëtetik Breslau 1846) pro parte, experimentis viginti, diversis cum alimentis, in se ipso institutis, hancce viam iniit.

Postquam corporis sui statuerat pondus, intra 24 horarum spatium, cibum (cujus virtus nutriens erat indaganda) et aquae copiam, utrumque noti ponderis, assumpsit. Urinae, perspirationis, facciumque copiam, durante hacce periodo ita uti et corporis pondus, ea elapsa, numeris expressit. Nutrimentum quidque insuper per 16—24 horas succo gastrico artificiali digerebatur, instituta in pondus cum succi gastrici, tum cibi, ante et post quodvis experimentum, disquisitione. Faeces ac mutationes, quas cibi digestione subierant artificiali, examini microscopico semper committebantur, denique, quam sub quovis experimento habuit valetudinem, ipse sedulo descriptis. Laudanda etsi, fuerit ista inquirendi methodus, multis tamen, ut LEHMANN monuit (SCHMIDTS Jahrb. B. 54, p. 251) laborabat erroribus. Sic verbi causa spatium, horarum 24, in quo experimentum unum, hoc cum nutrimento, alteri cum alio subsequebatur, certe nimis breve habendum est, quam ut ex corporis pondere vel adaucto vel imminuto accurata posset deduci conclusio. Patet istud jam exinde, quod RAWITZ sub diaeta vegetabili frequentius quam sub animali corporis sui incrementum observavit. Diese Erscheinung, ait LEHMANN, könnte wenigstens daher röhren, das Pflanzliche Nahrungsmittel, meist langer im Darmkanale verharren als animalische. In faccibus porro, post

diaetam animalem nonnumquam carnis fragmentorum vestigia invenit, quae tamen diaetae illi tribuenda non erant. Criticus enim idem, hocce argumentum quoque movens ait, experientia doctus: ich fand dass erst nach 2 bis 5 tägigen Fleischkost sich die Excrete so Zeigten, wie sie bei fortgesetztem Genusse, derselben verblieben. In toto opusculo porro chemicam urinae analysis frustra quaesivimus. Corporis denique pondera diversa tam accurate usque in milligrammata, numeris expressit RAWITZ, ut, quo majorem veri speciem prae se ferant eo minor iis fides sit tribuenda. »Quod nimis probat, nihil probat" hic pro parte verum est habendum. Recte itaque dixit LEHMANN. Der Physik wurde es ein grosser Gewinn sein, wenn ein Mechaniker, eine solche Waage erfunden hatte, die bei mehr als 28 kilogrammen (experimentatoris hoc in casu pondus) noch auf 1 milligramm Ausschlag giebt.

Nos aliam plane viam ad quaestionem de majori minorive nutrimenti praestantia, eruendam, inivimus. Urei per spatium certum, varia pro diaeta, secreti copiae augmentum aut decrementum ac statum organismi physiologicum magis aut minus perfectum, normam ad quam problema de qua hic agitur, solveretur, posuimus. Quaeritur num basis illa fuerit certa, necne? Num vera esset scientiaque probata talis inquirendi methodus ante omnia quaerendum est. Ubi

Postquam corporis sui statuerat pondus, intra 24 horarum spatium, cibum (cujus virtus nutriens erat indaganda) et aquae copiam, utrumque noti ponderis, assumpsit. Urinae, perspirationis, facciumque copiam, durante hacce periodo ita uti et corporis pondus, ea elapsa, numeris expressit. Nutrimentum quidque insuper per 16—24 horas succo gastrico artificiali dicerabatur, instituta in pondus cum succi gastrici, tum cibi, ante et post quodvis experimentum, disquisitione. Faeces ac mutationes, quas cibi digestione subierant artificiali, examini microscopico semper committebantur, denique, quam sub quovis experimento habuit valetudinem, ipse sedulo descripsit. Laudanda etsi, fuerit ista inquirendi methodus, multis tamen, ut LEHMANN monuit (SCHMIDTS Jahrb. B. 34, p. 251) laborabat erroribus. Sic verbi causa spatium, horarum 24, in quo experimentum unum, hoc cum nutrimento, alteri cum alio subsequebatur, certe nimis breve habendum est, quam ut ex corporis pondere vel adaueto vel imminuto accurata posset deduci conclusio. Patet istud jam exinde, quod RAWITZ sub diaeta vegetabili frequentius quam sub animali corporis sui incrementum observavit. Diese Erscheinung, ait LEHMANN, könnte wenigstens daher röhren, das Pflanzliche Nahrungsmittel, meist langer im Darmkanale verharren als animalische. In faecibus porro, post

diaetam animalem nonnumquam carnis fragmentorum vestigia invenit, quae tamen diaetae illi tribuenda non erant. Criticus enim idem, hocce argumentum quoque movens ait, experientia doctus: ich fand dass erst nach 2 bis 5 tägigen Fleischkost sich die Excrete so Zeigten, wie sie bei fortgesetztem Genusse, derselben verblieben. In toto opusculo porro chemicam urinae analysis frustra quaesivimus. Corporis denique pondera diversa tam accurate usque in milligrammata, numeris expressit RAWITZ, ut, quo majorem veri speciem prae se ferant eo minor iis fides sit tribuenda. »Quod nimis probat, nihil probat" hic pro parte verum est habendum. Recte itaque dixit LEHMANN. Der Physik wurde es ein grosser Gewinn sein, wenn ein Mechaniker, eine solche Waage erfunden hatte, die bei mehr als 28 kilogrammen (experimentatoris hoc in casu pondus) noch auf 1 milligramm Ausschlag giebt.

Nos aliam plane viam ad quaestionem de majori minorive nutrimenti praestantia, eruendam, inivimus. Urei per spatium certum, varia pro diaeta, secreti copiae augmentum aut decrementum ac statum organismi physiologicum magis aut minus perfectum, normam ad quam problema de qua hic agitur, solveretur, posuimus. Quaeritur num basis illa fuerit certa, necne? Num vera esset scientiaque probata talis inquirendi methodus ante omnia querendum est. Ubi

veram se probaverit, ibi et ad eventus non fallaces ducat, necesse est. Hoc itaque loco uberioris paullo de ureo ejusque origine nobis erit agendum.

BERZELIUS (*Traité de Chimie*, Tome III, p. 663) nobis narrat industriam, qua chemici remotis jam temporibus urinae compositionem indagare solebant. Analyses illae à VAN HELMONT, BRANDT, KUNKEL, BOYLE, BELLINI, BOERHAVE, MARGGRAF, POTT, HAUPT, SCHLOSSER, SCHOCKWITZ, BERGMAN, KLAAPROTH aliisque institutae plerumque substantias tantum urinae anorganicas praesertim phosphates spectabant. ROUELLE primus materies urinae organicas indagare conabatur, singularum vero natura illi prorsus ignota remanente, uti ex nomine generali »d'extrait savonneux de l'urine» ut ait BERZELIUS, quo omnes amplectebatur, efficitur. Tandem a chemico Anglico CRUIKSHANK, qui cum urinae statu morbo tum physiologico naturam eruere conabatur, ureum detectum, primumque in connubium cum acido Nitrico coactum est. Trium annorum stadio elapso, substantia illa a VAUQUELIN et FOURCROY accuratius indagata, urei nomen accepit. Longo satis spatio chemici inventi novi naturae, indolis, compositionis, mille modis perscrutandae operam fere solam navarunt. Ubi urei connubia demum aliquot constituerent, ubi urinae analyses accuratiores instituerent, ubi praesertim celeberrima illa BERZELII, de qua LEHMANN hisce verbis testatur. »Es

war eine Analyse, die selbst nach fünf Decennien, noch als Norm für die Zusammensetzung dieser Flüssigkeit so wie für das Analytische Verfahren gelten kann" *qua omnes urinae substantiae numeris expressae referuntur, innotuisset, ab hocce destitere labore. Succedit labor alius non minori ardore susceptus. Agitabatur quaestio, ubi nempe formaretur ureum. Ureum nunc in omnibus organismi partibus cum solidis, tum fluidis prosequebantur chemici.* Labor ille pro parte ad finem duxit optatum. PREVOST, nempe DUMAS, VAUQUELIN, SEGALAS, TIEDEMANN, GMELIN, MITSCHERLICH ureum in SANGUINE animalium post extirpatos renes invenerant; SIMON, STRAHL, LIEBERKÜHN praesentiam ejus et in sanguine normali probarant; ac a MILLON in humore oculi vitro, in statu organismi sano erat detectum. Quibus experimentis quum pateret, ureum non nasci in renibus, eos tantum filtra quasi, quibus e sanguine evacuaretur, habenda esse, tunc accuratius de origine urei disserere, cogitare, inquire cooperunt physiologi. JOHANNES MÜLLER, (in Physiologia, B. I, p. 586) uti narrat BISCHOFF, primus opinionem, licet ambiguam, hac in re emisit. Es wäre, ait, sehr wichtig zu wissen ob der Harnstoff nur aus zersetzem, schon vorher ausgebildetem Thierstoffe entsteht, und sich also auch bei hungernden Thieren erzeugt, oder ob er sich aus den Nahrungsstoffen als

ein unbrauchbares Product des Verdauungsprocesses erzeugt. Observatio a LASSAIGNE (Journ. de Chem. med. I, p. 272) memorata, qui et ureum in urina maniaci, qui per viginti octo dierum spatium, omnem fere cibum recusabat, detexerat, MULLERIO fortasse ambiguo modo opinioni exprimendae, ansam praebuit. MARCHAND paullo post experimentis, quae instituerat duobus nitens, quorum quum in uno, canis in urina, cui aquam ac saccharum tantum per sedecim dierum spatium, apposuerat, urei decrementum gradatim progrediens ( $2,8\%$ , —  $2,4\%$  —  $1,8\%$ ) observasset, ad primam MULLERI opinionis de origine urei partem vergisse videbatur; atque eo magis, quod experimentum alterum jam, eum urinam matutinam  $4\%$  urei illamque quae horis duabus post coenam, erat missa  $3,2\%$  tantum continere docuisset. BERZELIUS sequentem de urei origine emisit opinionem (Chemie, pag. 682, tome III) dicens: Il parait que la production de l'urée dans le corps est due à l'operation de la vie, et que cette substance resulte d'une métamorphose que subit peu à peu une partie des matières solides du corps même. L'urée n'est pas un produit d'aliments inutiles ou en excès et son expulsion avec l'urine continue sans interruption, tant pendant les maladies dans lesquelles on ne prend pas de nourriture, que pendant des jeûnes prolongés, ou aussi lorsque la

nourriture de l'animal ne se compose que de matières exemptes d'azote, auquel cas l'animal finit par s'amaigrir et par périr de faiblesse. Ab eo inde tempore acriter hac in re inter chemicos physiologos que pugnatum est. Ureum quidem omnes, decompositione materierum azotum continentium in organismo nasci, consentiebant, de nascendi modo autem, utrum nempe a telis organismi organicis ipsis, an vero e substantiis nitrogenigeris alimentorum ope ingestis, ureum duceret originem, valde dissenserunt, ac huc usque dissentient. LIEBIG ingenti audacia quaestionem aggressus, certissimam, qua omnia dubia clara pellucidaque facta videbantur, hac in re emisit opinionem. Decompositionem ac metamorphosin materierum nitrogenigerarum in telis organismi ipsis, ac inter illas, neglectis omnino caeteris, in musculis, solam collocavit. In opere suo »die Thierchemie in ihrer Anwendung auf Phys. und Pathol., pag. 147 et 251,» notissimo, de quo ita fatus est, DONDERS: »Het werk vloeide over van stoute grepen; roekeloos werd de hand gestoken in de diepste geheimenissen, en met overtuiging uitgesproken, wat daar te vinden was, waar nimmer menschelijk oog was doorgedrongen» sententiam illam literis mandavit. Ubi varia ad illam firmandam adduxit argumenta ita, in opere memorato, contrariam rejicit opinionem. »Für den Procesz der Ernährung

kann es keinen gröszen Widerspruch geben, als wenn vorausgesetzt wird dasz der Stickstoff der Nahrungs-mittel fäbig wäre, in den Harn als Harnstoff über zugehen, ohne vorher zu einem Bestandtheil der Ge-bilde geworden zu sein, denn Albumin, der einzige Bestandtheil des Bluts, der seinem Gewichte, nach in Betracht kommen kann, kann bei seinem Durchgange durch die Nieren nicht die geringste Veränderung er-litten haben, da wir es in allen Theilen des Körpers von gleicher Beschaffenheit und Eigenschaften wieder finden. Diese Organe können zu einer Metamorphose zu einer Veränderung oder Zersetzung des Stoffes nicht geeignet sein aus dem sich alle übrigen entwickeln. denique concludit Die Quantität der in einer gegebenen Zeit umgesetzten Gebilde ist messbar durch den Stick-stoffgehalt des Harns. Mox autem theoriae Liebginnac de urei genesi, veri speciem, aliorum chemicorum la-bores, minabantur. Zij trad, ut ait DONDERS, als anachronisme in de wereld, wederlegd als zij was door de proeven van LEHMANN en NASSE. Ubi enim horum physiologorum primus, experimentis in se ipso, insti-tutis variam pro varia diaeta, dari urei secretionem, probasset, fieri non potuit, quin a LIEBIGII sententia dispareetur. Sub diaeta mixta, urei, per 24 horas secreti copiam, invenerat LEHMANN numero 52,49 gr. sub mere animali econtra numero longe majorem,

35,19 nempo grammatum, expressam. Copiam illam urei, solita longe majorem, a superfluis substantiis proteinicis postquam primum in telarum compagem abiissent organicam, deduci posse, conclusio probabilitate nimis carens videbatur, dum contra et directam proteinicarum in ureum dari metamorphosin, hypothesi, theoria, experimentorum cum eventu, extitit congrua. Proverbii, medio tutissimus ibis, FRERICHS memor opinionem utramque complectens ureum et e telis organicis ipsis et in sanguine e substantiis alimentorum nitrogenigerorum ope ingestis, formari statuit. Sub inanitione urei genesin, a telis ipsis, sub diaeta lauta animali a materierum jam in sanguine directa metamorphosi deduxit. Huius et opinioni favebant BIDDER et SCHMIDT hypothesi, qua suam »luxus consumption« crearunt, cuius ope ingestorum superflua omnia, quae itaque in telarum metamorphosi nullam agerant partem ex organismo, directa decompositione evacuari statuebant. DONDERS, ubi FRERICHS, reprobat, quod nimis materierum metamorphosin in telis ipsis illamque quae fieret in sanguine tamquam processus physiologicos plane diversos statuisse, hypothesin hac in re aliam emisit. »Die hypothese, ut ait, berust daarop: dat nieuw toegevoerde stoffen vatbaarder zijn voor ontbinding. Er is geen twijfel aan, of georganiseerde deelen bieden meer weerstand aan omzetting;

zij gaan niet zoo spoedig in ontbinding over, en sommigen, zoo als de hoornweefsels, zijn hiervoor naauwelijks vatbaar. Duizendvoudige wijzigingen ondergaan de complexe organische stoffen in het dierlijke lichaam; en die van het bloedvocht kunnen reeds niet volkomen met nieuw ingevoerde worden gelijk gesteld. Is het nu bewezen, dat bij toevoer van nieuwe bestanddeelen, meerdere omzetting plaats grijpt, is het dan niet rationeel om in den toestand der nieuw ingevoerde stoffen zelven den grond voor die snellere omzetting te zoeken? Geen physische grond hoegehaamd kan er worden gedacht, waarom die stoffen ook niet in het voedingsvocht zouden overgaan, waarom ook hierin niet snellere omzetting door nieuwe toevoer zou geboren worden, en hier voorzeker is de wisseling in te innig verband met de georganiseerde grondvormen der weefsels, om te kunnen aannemen dat zij zonder invloed op deze blijven zou. Algemeen en overal, moet dus door nieuwe toevoer van stof de omzetting verhoogd worden, en ik kan daarom ook het gevoelen van FRERICHS niet omhelzen, dat de stofwisseling in de eigenlijk georganiseerde weefsels door toevoer van voedingsstof niet zou verhoogd worden. Ad finem hujuscce rationcinationis ita concludit: dat altijd en onder alle omstandigheden omzetting van stof plaats grijpt, minder in de georganiseerde vormbe-

standdeelen, meer in de opgeloste stoffen (bloedvocht en voedingsvocht), dat bij onthouding in beiden de stofwisseling afneemt, het minst welligt in de georganiseerde vormen, dat bij ruimen toevoer in beiden de stofwisseling verhoogd wordt, het meest evenwel in de vloeistoffen. Hypothesi illa, omnia quae urei genesin spectant, facile explicari nobis videntur. Tempore nuper elapso, novus iterum surrexit indagator, qui omnes caeterorum physiologorum de urei genesi, rejiciens opiniones, Liebigianam solam, ab omni parte veram vindicare conatus est.

BISCHOFF nempe in opere suo egregio »der Harnstoff als Maass des Stoffwechsels“ experimentorum serie per annum fere totum institutorum, huncce laborem suscepit. Der Harnstoff ist das stickstoffhaltige Product der Umsetzung der stickstoffhaltigen Körpertheile, so wie er diesen Character auf ganz unbestreitbare Weise während des Hungerns besitzt, so bleibt er auch unter allen Wechseln der Nahrung derselbe. Nie ist der Harnstoff ein Product der directen Metamorphose der eiweisshaltigen Blutbestandtheile. Opinionem illam totum per opus veram caeterisque longe probabiliorem probare conatur. Unam tantum exceptionem, admittit, ubi post quamdam collae copiam a cane sumptam urei incrementum observasset, hocce in casu collae directam in sanguine in ureum metamorphosin exstitisse

contendit. Longe nimis aberraremus si argumenta omnia, quae BISCHOFF ad suam movit firmandam opinionem, perscrutaremur. BENEKE examine critico (Archiv. des Ver. für gem. Arb., B. I, p. 636) operis BISCHOFFI memorati, plura ejus argumenta fundo carere luculenter probavit, dum, hypothesin illam, quae cum e telis ipsis tum in sanguine ipso posuit urei genesin, hucusque optimam, maximamque veri speciem praeferentem, habendam esse concludit.

Vidimus itaque in ureo substantiarum organicarum azotum continentium metamorphoseos, omnium physiologorum consensu, dari rudera. Variam illorum varia pro diaeta esse copiam; ea et adesse cum sub inanitione, tum sub diaeta nitrogenio carente; hypothesi sola qua illorum cum ex ingestis, directa metamorphosi tum et telarum ipsarum decompositione, deducitur origo, explicari posse demonstravimus. Experimenta a LEHMANNO instituta, quo major ingereretur proteinicarum organismi copia, eo majorem fore et urei secretionem, nos docuisse, memoravimus. Tuto igitur majorem, sub diaeta una, urei secreti copiam, majorem illius nutriendi facultatem indicare, parciorem vero, ejusdem materiei secretionem sub diaeta alia minorem hujus denotare praestantiam, statuere possumus. Quod si insuper sub una diaeta organismus meliori gaudeat valetudine quam sub altera, norma inde sequitur et altera, quae de-

majori minorive commodo, ab organismo accepto, nos facit certiores. Idcirco et substantiae illae nitrogeni gerae quae etsi telis organicis aedificandis non inser- viunt, urei tamen secretionem adaugent, uti colla, nutrimenta habenda putamus, dum per tempus aliquod saltem organismi valetudinem pristinam integrum, ser- vare possunt. Nunc autem physiologia numerum conditionum ingentem praeter nutritionem in urei secre- tionem agere statuit, quem itaque sub variis diaetis, quarum instituitur comparatio, aut plane abesse aut eodem modo adesse oportere, sua sponte, patet. Hac de re ulterius copiose faciam; hic tantum illud me- morasse sufficiat.

Ubi itaque cum in urei secreti copia tum in vale- tudine organismi varia sub diaeta, certam dari normam, ad judicandum de majori minorive commodo ab organismo accepto demonstravimus; alteri hic adhuc surgenti quaestioni, nobis erit respondendum. An nempe in ureo omnis azoti, vel ex ingestis organismi vel ex ejus partium mutationibus contineatur quan- titas?

BOUSSINGAULT experimentis in animalibus institutis,  $\frac{2}{3}$  partem tantum azoti nutrimentis contenti, in faeci- bus urinaque eorum iterum reperiri posse probarat. BISCHOFF nuper azotum, maxima quidem pro parte urei connubio per urinam, partem aliam vero alia semper via

evacuari ex organismo statuit. Es hat sich ergeben, ait, dass niemals die ganze Menge des Stickstoffs, der in einer gewissen Zeit umgesetzten Nahrungsmittel oder Körpertheile in dem Harnstoff erscheint, sondern stets ein gewisser Theil in einer anderen Form aus dem Körper ausgeschieden werden muss. Neque ex acido urico, neque e faecibus neque e minima azoti parte, quae secundum, REGNAULT et REISSET, pulmonibus exhalatur, jacturam istam nitrogenii, in ureo non reperti, explicari posse opinabatur. Ureum in sudore adesse, normali organismi statu, non constat. SCHOTTIN frustra illud in sudore indagare conatus est. Landerer e contra se illud in Graecorum sudore invenisse testatur. FAVRE id semper ibi occurrere contendit, dum connubia ammoniacalia aliis chemicis semper, sibi vero numquam in sudore obvia, a mutato ureo deducenda putat. Experimenta tamen alia adhuc instituantur oportet, priusquam sudoris ope constanter ureum evacuari pateat. Jacturam illam azoti memoratam ita explicat BISCHOFF: »Am wahrscheinlichsten ist es, dass dieses Deficit, durch eine theilweise Veränderung des Harnstoffs, noch in dem Blute oder auch vielleicht in der Harnblase in Kohlensaures Ammoniak herbeigeführt wird, welches entweder dennoch durch Haut und Lungen, oder im Harne ausgeschieden wird. Diese Quantität des Stickstoffs, die nicht im Harnstoff

erscheint, ist im ganzen eine auch unter sehr verschiedenen Verhältnissen der Nahrung und des Umsetzes sich ziemlich gleichbleibende. Adipem, nonnumquam jacturam illam azoti diminuere porro statuit. Jacturam itaque illam meis in experimentis semper eandem fuisse statui posse puto, ubi diligenter prorsus eandem adipis copiam adhibendo studui. Etsi in ureo itaque materierum nitrogenigerarum metamorphoseos absoluta non detur mensura, normam metamorphoseos istius, illud tamen praebere relativam constat. Norma illa nunc ut modo vidimus licet relativa tantum, eamdem se, teste BISCHOFFIO, variis subdiaetis praebere solet.

Ad experimenta nunc ipsa, a me instituta, accuratius describenda transgredior.

Primum de methodo qua, in urei meo ex organismo secreti copia indaganda, usus sum.

Novam a LIEBIEGIO inventam methodum, qua urei urinac copiae, celerrime facillimeque indagandae, data est occasio, adhibui. Arctissime quum autem methodus illa cohaereat cum nova LIEBIEGH methodo ad chlorureta in urina obvia indaganda, illa et in experimentis meis indagavi. Idcirco de utraque hic mentionem facio.

Sequenti processu nititur chemico, methodus prima, nitratem deutoxydi Hydargyri connubium ( $\text{Ur NO}_5 + 4 \text{ Hg O}$ ) nempe inire cum ureo. Est praecipitatum nebulosum, ponderosumque insolubile. Totum ureum

in solutione quadam obvium, ubi sufficientem liquoris nitratis deutoxydi Hydrargyri ei instillamus copiam, a sale isto ligari necesse est, donec tandem temporis punctum oriatur, quo libera dabitur mercurii solutionis, copia. Statim tunc carbonatis sodae guttulae instillatione, colore flavo, hydratis oxydi Mercurii liberi, manifesta fit praesentia. Quo facto fieri, non potest quin ureum omne cum mercurio inierit connubium. Es ist, ut ait LIEBIG, hiernach einleuchtend, dass wenn man den Quecksilbergehalt der Quecksilberlösung kennt, man auch aus der zur Fällung des Harnstoffs verbrauchten Menge, die Quantität des in einer Harnstoffhaltigen Flüssigkeit, enthaltenen Harnstoffs, ermitteln kann.

Chlorureta indagandi methodi, basis haec est: si in solutione simul dantur ureum et chlorureta; tunc sub instillatione nitratis Hydrargyri ad illud usque temporis spatium, liquor pellucidum remanebit, donec chlorureta omnia cum hydrargo connubium soluble, sublimatum dictum, inierint, quo elapso, urei cum nitrate hydrargyri praeципitatum, de quo supra diximus, formari incipiet. Patet exinde in nota copia hydrargyri, solutionis nitratis mercurii, qua in solutione urei, ignotam chloruretum quantitatem continente, praeципitatum oriatur insolubile, dari mensuram, qua chlorii quantitas possit dijudicari. Ureum hoc in casu, uti in altero,

carbonas sodae, finitae disquisitionis praebet indicium.  
Der Anzeiger, ut LIEBIG ait, des beendeten Versuchs.

Sua ponte nunc e hacce methodo patet, chloruretorum quantitatem majorem minoremve, accuratae, in urei copiam disquisitioni, nocere, ejusque copiam minorem revera esse quam ex analysi foret deducendum. Ex numero enim centim. cub. adhibitae nitratis Hydrargyri solutionis, ad urei quantitatem fit conclusio. Quum itaque in urina, ubi dantur chlorureta, partem illa nitr. Hydr. liquoris ut oriatur chloridum mercurii, sibi poscant ex affinitate chemica, necesse est, priusquam nascatur cum ureo hydrargyri nitrici connubium, fieri itaque non potest quin, exinde urei copia major videatur, quam re vera in urina occurrat. Discrimen perinde satis magnum esse sequentia probant. BISCHOFF verbi causa in urina sua, per 24 horarum spatium emissam, invenit, remotis chloruretis, urei copiam, eadem in urina 6. 4. 3 fere grammatum minorem ac ubi chlorureta non removerat. Ecce hic aliquot ex libro ejus (der Harnstoff als Maass des Stoffw.) hancce ad probandam rem, electi numeri:

Remotis chloruretis.      Chloruretis non remotis.

per 24 hor. spatium 35,40 Urei gramm.	41,40 Urei gramm.
31,72    "    "	35,77    "    "
30,08    "    "	35,96    "    "
40,94    "    "	45,12    "    "

Monet idcirco LIEBIG, ubi de accurate inquirenda urei copia agatur, chlorureta, nitrate argento ligentur oportere. Ein sicheres und schnelles Mittel dafür besteht darin, ut ait, dass man sich eine Lösung von Salpetersaurem Silberoxyd bildet, welche mit der Quecksilberlösung genau übereinstimmend auf Kochsalz titriert ist. Si itaque solutionis nitr. hydrarg. ad chlorureta inquirenda, tantam copiam urinae instillavimus, donec praeципitatum connubii mercurii cum ureo, nascatur, eadem copia nitratis argentii solutionis opus erit ad chlorureta argento liganda. Quo facto, natoque chlorureto argentii, filtratione remoto, urina remanet, in qua accurata in urei copiam potest institui disquisitio. Talem viam et ego in analysi urinae meae inii.

Solutiones Hydrargyri in Laboratorio Chemicō viri clariſſimi VON BAUMHAUER confeci. Auxilia amanuensis ejus viri amicissimi VAN MOORSEL, magni mihi hac in re fuere commodi. Gratias utrique pro benevolentia larga, conciliisque multifariis hic ago quam maximas. Solutiōnem unam pro ureo confeci nitratis protoxydi Hydrargyri ope, quod, ubi rite exstitisset depuratum, coctione cum acido Nitrico, in nitratem deutoxydi Hydrargyri, permutavi. Alteram ad parandam, mercurium, statu metallico purissimum, acido nitrico statim in nitratem deutoxydi Hydrargyri, conversi. Si hanc ad finem sublimatum corrosivum, ferro metallico, decomponimus,

hydrargyrum chemice purum exinde accepimus. Mercurius sic a me confectus, examine chemico, alienorum metallorum (plumbi, bismuthi) nulla praebebat vestigia.

Fundamento itaque exposito, quo nova illa nititur LIEBIEGII urei indagandi methodus, superest, ut analysis ipsius decursum, ac modum, quo instituitur, describam.

Primo phosphates sulphatesque ex urina removeantur oportet. Solutionem Barytae ac nitratis Barytae (pars una nitr. Bar. ad duas Barytae partes) hanc in finem adhibemus. In urina humana, hujusce solutionis volumen unum ad volumina urinae duo, sufficere ad omnes phosphates ac sulphates removendos, docuit LIEBIG. Quadraginta urinae Centim. Cub. adduntur 20 CC solutionis illius, Barytae. Filtratione separatur praeципитatum. Petuntur a filtrato liquore 15 CC: quae itaque, urinae 10 CC, respondeant necesse est. Hisce 15 CC adduntur guttulae aliquot acidi. Nitrici, donec reactio sit leviter acida, iisque solutio Nitr. Hydr. pro chloruretis, instillatur donec praeципитatum tenuе, oriatur ac insolubile (bleibende Trübung). Ex adhibita solutionis illius copia ad chloruretorum numerum in 10 CC urinae ac exinde ad illum, in nota spatii cuiusdam urinae copia, obvium, fit, conclusio. Progredimur tunc ad urei analysin. A filtrato supra memorato (post remotos phosphates ac sulphates orto)

50 nunc petimus Cent. Cub., instillamus iis, solutionis nitr. argenti, de qua nuper locuti sumus, duplificem quantitatem, quam solutionis nitr. Hydr. pro chloruretis, jam adhibuimus. Omnia tunc chlorii connubia ligentur necesse est. Chloruretum argenti filtratione removetur. Si ex hocce nunc filtrato sumamus copiam, 50 CC plus adhibitae nitr. arg. solutionis CC numeri, dimidium referentem, illa et 10 CC urinae respondeat necesse est. In hocce liquore instituitur urei examen instillatione solutionis Hydrarg. pro ureo, protracta, donec post tentamina nonnulla, flavus cum guttula carbonatis sodae, nascatur color. Finito tunc examine, ex numero CC adhibito fit, ad urei in 10 CC urinae, obvii, copiam conclusio. Ubi nunc illa innotuerit, copia urei in numero noto CC urinae per spatium quoddam evacuatae, exinde facile cognoscitur. Temporis spatium in quo tota perficitur analysis, adeo breve laborque in illa instituenda tam levis est, ut omnino experientia doctus, cum LIEBIGIO faciam, ubi dicit, ja die Beschreibung (praesertim latina) an sich ist weit verwickelter als die Ausführung. Celeri analysis decursui, chlorureti argenti tantum nonnumquam obstat filtratio. Filtrum tamen ubi adhibui duplex, clarum mox filtratum obtinui. Tentamina cum carbonatis sodae guttula, instituenda, consuetudine mox brevia brevioraque fiunt. Ubi enim copia urei pris-

tino die, sub eadem diaeta, secreta semel innotuerit, exinde pro crastino, norma quaedam praebetur, ita ut tunc eundem fere CC solutionis nitr. Hydr. numerum, urinae tuto possemus instillare ac heri, priusquam, tentamina ad Hydrargri in liquore liberi, obvii praesentiam indagandam carbonatis sodae ope suscipiantur.

Si ingentes molestias, quibuscum luctabantur chemici, ubi de urei quantitate indaganda ageretur, mente revolvimus; si jactrae temporis pretiosi, quae hucusque urinae examinis, comes erat sempiterna ac fidelis, recordamur; quotquot labori isti operam navare solent, nobiscum consentientes habebimus, LIEBIGIUM novo isto invento, chemiae ac physiologiae maxima praestitisse officia. eumque nomen chemici celeberrimi vindicasse egregie, sibique in scientia aere perennius posuisse monumentum. Qui methodos varias a MILLON, RAGSKY, HEINTZ, BUNSEN, aliisque detectas, illamque nuper a DAVY memoratam, perscrutatur, LIEBIGIANAM istam iis virtute practica longe praestare sibi persuasum habeat necesse est. Ingentem cohortem, ex eo inde tempore ubi LIEBIG methodum illam promulgaverat, librorum de urinae compositione chemica tum sanae, tum morbosae, in lucem prodiisse, quis miretur? Urinae analysis chemica, chemico ex professo olim sola mandata, medici nunc cuiusvis exstitit do-

minii. Uroscopia nunc orietur vero nitens fundamento, fallacia ac inani pristinae, denudata. JULUS VOGEL (BENEKES Archiv. B. I). BENEKE, ALFRED VOGEL (HENLE's Zeitschr., B. IV, heft 5) hancce jam iniere viam, fore ut et ab aliis eorum premantur vestigia, sperandum.

Ad experimenta, in me ipso instituta, describenda transgredior.

Extractum carnis calide paratum (BOUILLON) et decoctum album Sydenhami sive decoctum cornu cervi cum mica panis, duae sunt materies, quarum frequens, est in convalescentibus usus. Visum est itaque mihi indagare, an novum extractum carnis frigide paratum, nuper a LIEBIGIO descriptum ad vires restaurandas plus minusve valeret adeoque comparationem instituere, cum substantiis supra memoratis. Deinceps itaque singulis usus sum, diligenter quovis die cum in urinae, tum in urei copiam, corporisque valetudinem instituta disquisitione. A die mensis Februarii primo, seriem experimentorum incepi primamque illo die institui urinae analysin. Et ab eo quidem inde tempore per duodecim dierum spatium sequenti usus sum diaeta, cui per biduum ante jam adsueveram:

Panis albi Unc. Neerl.  $2\frac{1}{2}$ .

Carnis Unc. trium extracti frigide parati Unc.  $8\frac{1}{2}$ —9 Neerland.

Solanis duodecim.

Butyri copia quovis die eadem.

Extractum carnis secundum praeceptum a LIEBIGIO datum, pondera Bavariensia ad nostra reducens, sequente confeci modo. Unciae carnis bubulae tres (beafsteak) adipe plane orbatae ac minutissime concisae, per horas quatuor cum 0,675 kilogr. aquae fontanae frigidæ, additis acidi Hydrochlorici guttulis quinque, ac chlorureti sodii gramm. 3, digerebantur. Digesto liquore per cibrum saepius colato, residuo carnis, parvis portionibus, tres insuper uncias aquae infudi, ita ut  $8\frac{1}{2}$ —9 circiter uncias colatas obtinuerim. Colaturam illam, coloris laete rubri ac saporis haud ingrati, ad nutrimentum sumpsi quotidie.

Potum praeter extractum illud sumpsi nullum in quovis 24 horarum spatio. Erat copia mihi plane sufficiens, absolutaeque potus abstinentiae, ab hora quinta pomeridiana, qua extractum carnis sumere solebam, unius diei usque ad eandem horam alterius, mox adsueveram. Ex industria id ita feci ut eandem semper quotidie sumerem aquae copiam ac periculum uno die plus, quam altero potandi vitarem. Solanorum pondus non indagavi. Prout singula majoris vel minoris erant volumini, numero duodecim quantitatem paullo majorem minoremve sumpsi. Quis minimae eorum azoti copiae memor, sensibilem saltem inde

oriri posse in urei secreti copiam effectum, crederet? BOUSSINGAULT copiam illam, ubi diutius servantur solana, hieme itaque, diminui adhuc statuit.

Cum infusionis Theae, tum Caffeae, tum alcoholicorum usu, tota durante experimentorum periodo, plane abstinui. Effectum quasi specificum illas agere in urei secretionem constat. Urei sub illarum usu diminui secretionem, probarunt Physiologi. Sic actiones caffaeae physiologicae nuper egregiis LEHMANNII laboribus (Lieb. Ann. der Ch und Ph. B. 87, p. 505, p. 275) in lucem prodiere. Analysi urinae duorum hominum, sub diaeta statuta, caffaeae usu sese abstinentium, suscepta, invenit.

apud unum pro die 1444 CC urinae, 4,140 Ph O<sub>5</sub>, 9,362 Na Cl., 27,232 Ureum  
apud alterum " " 1635 CC " 4,421 Ph O<sub>5</sub>, 9,865 Na Cl., 31,298 "

Ac ubi, caeteris omnino paribus, potus soliti loco, sumpsissent caffaeae infusum, sequentes pro iisdem substantiis, dabantur numeri

apud unum pro die 1512 CC urinae, 3,105 Ph O<sub>5</sub>, 6,951 Na Cl., 20,695 Ureum  
apud alterum " " 2005 CC " 3,001 Ph O<sub>5</sub>, 8,819 Na Cl., 21,888 "

Secretiones itaque trium harum materierum (PhO<sub>5</sub>, Na Cl. ac Urei) durante stadio ubi caffaea utebantur, iisdem, sub periodo quo caffaeae ab usu destiterant, longe minores esse patebat. Exinde concludit LEHMANN, dass die Hauptwirkung des Kaffees auf den Organismus sich durch eine Verlangsamung des Stoffwechsels, characterisiert. Experimenta porro cum caffeo tum

cum caffae oleo empyreumatico, instituta, actionem illam in organismum specificam, olei empyreumatici magis quam caffei esse effectum, eum docuere. Theae, cerevisiaeque effectus physiologici a BÖCKERO (Archiv. fur Gem. Arb. B. I, p. 215 et p. 343) viro, qui totam fere vitam, quaestionibus physiologicis, experimentis in se ipso institutis, enucleandis impendere videtur, nuper indagatae sunt. Cerevisiae usu jacturas organismi sensibiles cum insensibiles diminui statuit. Theae infusiones actiones physiologicas ita depinxit; durch den Theegenuss wird die Ausscheidung der Kohlensäure durch die Lungen nicht verändert, aber trotz der stärkern Einfuhr stickstoffreicher Nahrung trotz stärkerer körperlicher Bewegung die Harnstoffscheidung merklich vermindert. Auch die Ausscheidung der Darmfaeces wird durch den Thee vermindert. Effectus denique alcoholicorum a pluribus indagati fuerunt. Illa materierum organismi retardare metamorphosin, satis superque constat. LIEBIG, DU-CHEK, aliisque, amplissime hac de re scripsere. Quid MOLESCHOTT de illis putaverit, ejusque effatum: »Der Weingeist ist ein Sparmittel der Gewebe, omnibus satis innotuit.

Etsi nunc, si cujusvis materierum illarum eandem quotidie copiam sumpsisset, nullum in experimenta exinde redundasset incommodum, tamen, quum infu-

sio theae verbi causa unius diei, alterius infusione facile fortior subinde dari posset, iis plane abstinere, habui prudentius. Cum idem valeret in decoctum caffae, et ab ejus usu desistere volui. Alcoholica si sumpsisset semel, ea et per totam seriem experimentorum sumere coactus fuisse, ut organismus in iisdem plane, sub hacce periodo, versaretur conditionibus. Omnino me itaque ab iis abstinere sapientius putavi quam quotidie substantiae, corpori nocivae, dosin eandem sumere cogi.

Ab usu aut potius abusu herbae nicotianae carentis, non destiti. Quid sensu physiologico agat adhuc ignoratur, foret tamen scrutatu ponderis alicujus. Un tantum ejusdem BÖCKERII observatio nobis hac in re occurrit, unde et usum herbae istius materierum organisi metamorphosin retardare, pateret. Ait enim (HELLER's Arch. Jahrg. 4, p. 427) rauchte ich nicht, bewegte mich dabei entweder einige Stunden, so schied ich durch Harnstoff im Mittel 545,205 gran Stickstoff aus, rauchte ich aber dabei, ceteris paribus, den halben Tag durch so schied ich 298,215 gran Stickstoff aus. Abusum istum apud me, die quolibet gradu eodem denuo vigentem, experimentis nocuisse, non puto.

Per totam experimentorum seriem vitam, prorsus agere eandem diligenter studui. Motus exercitationesque corporis cum physicae, tum psychicae omnibus diebus

iidem erant. Quid in urei secreti copiam agant, LEHMANN, experimentis in se ipso institutis, nos docuit. In Physiologia sua (B. I, p. 169) ait »während ich unter den gewöhnlichen Verhältnissen in 24 st. 52 gram. Harnstoff entleerte, fand ich nach körperlichen Strapazen einmal 56 und ein andermal 57,4 gram. Ureum in dem von 24 st. gesammelten Harne. SIMON ac nuper RUMMEL (Ann. der Phys. Gezelsch. in Wurzburg) eandem fecere observationem. Mense Februario quidem tertia quavis nocte, partibus nostro in Tococomio obviis praefui. Adeo tamen mihi hac in re favit fortuna, ut numquam, uhi hora solita jam decubuisse in lectulo, aut antequam ex illo surrexissem semper vero post aut ante spatium illud, partus occurserint. Quid somnus interruptus aut quietus valeat ad materierum organismi metamorphosin, nuperime BÖCKER, de quo jam supra diximus, memoravit. (BENEKE's Archiv., Heft I, Jahrg. 2). Quomodo somnus nutrimentorum digestioni aut obsit aut prosit, prout placidior extiterit aut tumultuosior, in hisce paginis »Ueber den Schlaf“ demonstravit.

Diaetam itaque, quam agere primo Februarii mensis die incepi, cautelasque, quarum in experiundo fui memor, exposui. Superest, ut de modo, quo colligeretur urina, verbo adhuc faciam. Colligebatur illa semper per 24 horarum spatium. Spatium illud vulgo

a physiologis, pro mutuis comparationibus urinae secretionis durante periodo aliqua, habetur aptissimum. Opus caeteroquin taediosissimum, consuetudine mox autem leve facillimumque. Urinae collectio tantum, ubi simul illa cum alvo deponitur, molestias quasdam praebet, quas mox autem consuetudine superavi. Porro sub diaeta tam parūm vegetabili rarius apud me occurrere depositiones alvinas, necesse erat. Brevi, eadem cujusvis diei fere periodo, urinae quotidianae depositioni, assuetus eram. Urinam diei, quo experimenta incepi, rejici matutinam, subsequentem ceteramque hoc die emissam una cum urina diei posteri, deposita, matutina hora, simul ac surrexissem de lectulo, collegi diligenter, ac examini submisi.

Analysis quaevis itaque diei praecedentis urinam spectat. In urina matutina, ultima dari, materierum organismi metamorphoseos diei pristini rudera, vulgo apud physiologos constat. Urinam illam dixerunt urinam sanguinis. RUDOLPH tamen in dissertatione, de Urina chyli, sanguinis et potus, nuper edita, contra illam opinionem movit argumenta varia. Urinam matutinam "urinam chyli dilutam" vocat. In urina nocte, hora 2 deposita, dari adhuc, ciborum, qui hora 6 vespertina sumti erant, vestigia probavit. Urinam ab hora sexta vespere, post assumptos cibos usque ad horam matutinam 7 depositam, eam, urinam chyli dilutam

vocavit, illam econtra quae ab hocce inde spatio usque ad horam sextam, nullis amplius assumptis cibis, vespero secernebatur, urinam sanguinis, dicens. Urinam sanguinis, urinam inanitionis, vocat. Etsi itaque digestionis rudera, secundum RUDOLPHIUM, omnia non dantur in urina matutina, experimentis tamen meis id non nocuisse puto. Ibi enim omnes urinae matutinae in iisdem plane versabantur conditionibus. Ceteroquin hora matutina, digestionem diei pristini maxima pro parte saltem finitam esse, tuto statuere possumus. Si, hora duodecima nocte, sumantur cibi, plane eos, hora matutina 8 ventriculo digestos statuit BÖCKER. Nimirum in libro »prager Vierteljahrschrift« dicto (Jahrg. XI, p. 152) ubi experimenta cum acidō Phosphorico instituta refert, ait: »Ass ich abends vor dem Schlafengehen gegen 12 Uhr noch ein ziemliches Stück ungekochter, fetter Fleischwurst und reizte ich des Morgens nach 8 Uhr meinen Schlund mit dem Finger, so brach ich etwas Schleim aber keine Speisereste aus.“

Hisce memoratis, tabula, hic, urei chloruretorumque secretionis copiam, depictam refero.

Corporis mei pondus hacce periodo erat 52,7 kilogrammatum.

Capacitas pulmonum vitalis (medium ex 12 observationibus spirometricis) 4400 CC.

Longitudo corporis 164 centim : decimalium.

Actas 24 circiter annorum.

DIAETA CUM EXTRACTO CARNIS FRIGIDE PARATO.

DIES.	CC URINAE per 24 horas.	TEMPERAT.	CHLORURETA per 24 horas.	UREUM per 24 horas.	Ureum %.	CHLORURETA %.	PONDUS SPECIF.
2 Febr.	850	10° Celsius.	10,13 grammata.	25,88 grammata.	3,04	1,19	1,028
3 "	900	12	" 10,13	" 23,91	" 2,65	" 1,11	" 1,026
4 "	800	11	" 7,06	" 24,54	" 3,06	" 0,88	" 1,0285
5 "	970	9	" 9,57	" 25,42	" 2,72	" 0,98	" 1,026
6 "	830	10	" 9,25	" 23,36	" 2,81	" 1,11	" 1,0265
7 "	770	11	" 8,66	" 23,42	" 3,04	" 1,11	" 1,058
8 "	940	10	" 10,12	" 23,90	" 2,54	" 1,07	" 1,0255
9 "	780	9	" 8,96	" 23,71	" 3,04	" 1,14	" 1,028
10 "	775	8	" 9,04	" 23,92	" 3,08	" 1,16	" 1,028
11 "	800	6	" 10,25	" 24,20	" 3,04	" 1,02	" 1,028
12 "	750	12	" 9,72	" 23,49	" 3,13	" 1,29	" 1,029
13 "	935	11	" 11,98	" 23,34	" 2,49	" 1,36	" 1,0255

Si numeros, serie quavis expressos computamus, sequitur exinde pro quantitate urinae, urei ac chloruretorum per 12 dierum spatium secretae:

10100 CC Urinae.

114,87 Chloruretorum grammata.

289,09 Urei grammata.

Sique hosce numeros, dierum numero (12) dividimus, accipimus mediam pro quovis die illorum copiam (Mittelzahl) itaque  
pro die: sub hac diaeta 841 CC circiter urinae

9,50 Chloruretorum grammata

23,75 Urei grammata.

Per totum hocce temporis spatium bona gavisus sum valetudine. Eundem me sub illa diaeta ac sub solita sensi. Simili plane vivendi rationi ac antea aptus eram. Nutritionem illam itaque sufficientem mihi fuisse puto.

Die mensis Februarii decimo tertio, diaetam aliam, ceteris omnino paribus, cum extracto carnis calide parato (BOUILLON) inii. Comparationi illam cum praecedente diaeta, submittere mihi erat, ut dixi, in animo.

Sequente paratum erat extractum illud, modo. Carnis bubulae, adipe orbatae ac minutissime concisae copia eadem, ac sub diaeta praecedente (5 Unc.), infundebatur aquae frigidae Unciis  $8\frac{1}{2}$ —9. Diges-

tioni calidac ac coctioni per horas 4 committebatur. Carnis massam duram ac insipidam factam filtratione removi. Quo facto, pro majori minorive evaporatione, tantam addidi aquae copiam, ut eandem semper referret liquoris copiam ac sub diaeta cum extr. carnis frig. par. sumpseram. Chlorureti sodii copiam paullo majorem ac sub alia diaeta, addidi. Liquore pellucido ad nutrimentum usus sum.

Amicus meus A. HEYNSIUS hacce periodo acidi Phosphorici connubia, mea in urina obvia indagavit. Ope solutionis chloridi ferri, examen instituit ad methodum a NEUBAUER (Anleit. Zur. An. des Harns, p. 92) descriptam, praeceptis cautelisque hac in re nuper a DUNKLENBERG (Lieb. Ann. der Ch. und Ph. B. 95, p. 88) memoratis, usus.

Ecce hic sub illa diaeta secretionis meae Urei ac Chloruretorum per undecim dierum spatium, conspectus.

	900	920	940	960	980	1000	1020	1040	1060	1080	1100	1120	1140	1160	1180	1200	1220	1240	1260	1280	1300	1320	1340	1360	1380	1400	1420	1440	1460	1480	1500	1520	1540	1560	1580	1600	1620	1640	1660	1680	1700	1720	1740	1760	1780	1800	1820	1840	1860	1880	1900	1920	1940	1960	1980	2000	2020	2040	2060	2080	2100	2120	2140	2160	2180	2200	2220	2240	2260	2280	2300	2320	2340	2360	2380	2400	2420	2440	2460	2480	2500	2520	2540	2560	2580	2600	2620	2640	2660	2680	2700	2720	2740	2760	2780	2800	2820	2840	2860	2880	2900	2920	2940	2960	2980	3000	3020	3040	3060	3080	3100	3120	3140	3160	3180	3200	3220	3240	3260	3280	3300	3320	3340	3360	3380	3400	3420	3440	3460	3480	3500	3520	3540	3560	3580	3600	3620	3640	3660	3680	3700	3720	3740	3760	3780	3800	3820	3840	3860	3880	3900	3920	3940	3960	3980	4000	4020	4040	4060	4080	4100	4120	4140	4160	4180	4200	4220	4240	4260	4280	4300	4320	4340	4360	4380	4400	4420	4440	4460	4480	4500	4520	4540	4560	4580	4600	4620	4640	4660	4680	4700	4720	4740	4760	4780	4800	4820	4840	4860	4880	4900	4920	4940	4960	4980	5000	5020	5040	5060	5080	5100	5120	5140	5160	5180	5200	5220	5240	5260	5280	5300	5320	5340	5360	5380	5400	5420	5440	5460	5480	5500	5520	5540	5560	5580	5600	5620	5640	5660	5680	5700	5720	5740	5760	5780	5800	5820	5840	5860	5880	5900	5920	5940	5960	5980	6000	6020	6040	6060	6080	6100	6120	6140	6160	6180	6200	6220	6240	6260	6280	6300	6320	6340	6360	6380	6400	6420	6440	6460	6480	6500	6520	6540	6560	6580	6600	6620	6640	6660	6680	6700	6720	6740	6760	6780	6800	6820	6840	6860	6880	6900	6920	6940	6960	6980	7000	7020	7040	7060	7080	7100	7120	7140	7160	7180	7200	7220	7240	7260	7280	7300	7320	7340	7360	7380	7400	7420	7440	7460	7480	7500	7520	7540	7560	7580	7600	7620	7640	7660	7680	7700	7720	7740	7760	7780	7800	7820	7840	7860	7880	7900	7920	7940	7960	7980	8000	8020	8040	8060	8080	8100	8120	8140	8160	8180	8200	8220	8240	8260	8280	8300	8320	8340	8360	8380	8400	8420	8440	8460	8480	8500	8520	8540	8560	8580	8600	8620	8640	8660	8680	8700	8720	8740	8760	8780	8800	8820	8840	8860	8880	8900	8920	8940	8960	8980	9000	9020	9040	9060	9080	9100	9120	9140	9160	9180	9200	9220	9240	9260	9280	9300	9320	9340	9360	9380	9400	9420	9440	9460	9480	9500	9520	9540	9560	9580	9600	9620	9640	9660	9680	9700	9720	9740	9760	9780	9800	9820	9840	9860	9880	9900	9920	9940	9960	9980	10000
900	920	940	960	980	1000	1020	1040	1060	1080	1100	1120	1140	1160	1180	1200	1220	1240	1260	1280	1300	1320	1340	1360	1380	1400	1420	1440	1460	1480	1500	1520	1540	1560	1580	1600	1620	1640	1660	1680	1700	1720	1740	1760	1780	1800	1820	1840	1860	1880	1900	1920	1940	1960	1980	2000	2020	2040	2060	2080	2100	2120	2140	2160	2180	2200	2220	2240	2260	2280	2300	2320	2340	2360	2380	2400	2420	2440	2460	2480	2500	2520	2540	2560	2580	2600	2620	2640	2660	2680	2700	2720	2740	2760	2780	2800	2820	2840	2860	2880	2900	2920	2940	2960	2980	3000	3020	3040	3060	3080	3100	3120	3140	3160	3180	3200	3220	3240	3260	3280	3300	3320	3340	3360	3380	3400	3420	3440	3460	3480	3500	3520	3540	3560	3580	3600	3620	3640	3660	3680	3700	3720	3740	3760	3780	3800	3820	3840	3860	3880	3900	3920	3940	3960	3980	4000	4020	4040	4060	4080	4100	4120	4140	4160	4180	4200	4220	4240	4260	4280	4300	4320	4340	4360	4380	4400	4420	4440	4460	4480	4500	4520	4540	4560	4580	4600	4620	4640	4660	4680	4700	4720	4740	4760	4780	4800	4820	4840	4860	4880	4900	4920	4940	4960	4980	5000	5020	5040	5060	5080	5100	5120	5140	5160	5180	5200	5220	5240	5260	5280	5300	5320	5340	5360	5380	5400	5420	5440	5460	5480	5500	5520	5540	5560	5580	5600	5620	5640	5660	5680	5700	5720	5740	5760	5780	5800	5820	5840	5860	5880	5900	5920	5940	5960	5980	6000	6020	6040	6060	6080	6100	6120	6140	6160	6180	6200	6220	6240	6260	6280	6300	6320	6340	6360	6380	6400	6420	6440	6460	6480	6500	6520	6540	6560	6580	6600	6620	6640	6660	6680	6700	6720	6740	6760	6780	6800	6820	6840	6860	6880	6900	6920	6940	6960	6980	7000	7020	7040	7060	7080	7100	7120	7140	7160	7180	7200	7220	7240	7260	7280	7300	7320	7340	7360	7380	7400	7420	7440	7460	7480	7500	7520	7540	7560	7580	7600	7620	7640	7660	7680	7700	7720	7740	7760	7780	7800	7820	7840	7860	7880	7900	7920	7940	7960	7980	8000	8020	8040	8060	8080	8100	8120	8140	8160	8180	8200	8220	8240	8260	8280	8300	8320	8340	8360	8380	8400	8420	8440	8460	8480	8500	8520	8540	8560	8580	8600	8620	8640	8660	8680	8700	87																																																																	

## DIAETA CUM EXTRACTO CARNIS CALIDE PARATO (BOUILLON).

DIES.	CC URINAE per 24 hor.	TEMPER. per 24 hor.	CHLORURETA per 24 hor.	UREUM. per 24 hor.	URETA %. per 24 hor.	CHLORU- RETA %. per 24 hor.	URE- UM %. per 24 hor.	PONDUS SPECIF.	PHO 5 per 24 hor.	PHO 5 % per 24 hor.
14 Febr.	880	8° C.	11,60 gram.	29,06 gr.	1,31	2,75	1,027	2,38 gr.	0,27	
15 "	760	11,5 "	9,09 "	20,01 "	1,19	2,63	1,0265	2,55 "	0,33	
16 "	885	11 "	10,90 "	22,49 "	1,23	2,54	1,0265	2,61 "	0,29	
17 "	790	10,5 "	10,25 "	21,51 "	1,29	2,72	1,027	2,56 "	0,32	
18 "	785	9 "	8,15 "	20,30 "	1,14	2,58	1,0275	2,45 "	0,31	
19 "	880	10,5 "	9,53 "	20,77 "	1,08	2,36	1,0265	2,64 "	0,30	
20 "	690	11 "	8,06 "	20,67 "	1,16	2,99	1,028	2,84 "	0,41	
21 "	950	10 "	10,55 "	20,27 "	1,11	2,13	1,026	2,80 "	0,29	
22 "	990	10 "	12,00 "	19,78 "	1,22	1,99	1,0255	2,10 "	0,21	
23 "	680	11 "	9,88 "	19,04 "	1,45	2,81	1,027	2,48 "	0,36	
24 "	860	10 "	11,28 "	19,52 "	1,31	2,27	1,026	2,35 "	0,28	
	9150		111,29 gram.	226,42 gr.						27,76 gr.

Sequitur exinde pro die

851 circiter CC Urinae

10,11 Chloruretorum. grammata

20,58 Urei grammata

2,52 PhOs grammata.

Hacce periodo valetudine longe minus bona gavisus sum. Turgor vitalis imminutus amicorum oculos non fuderat, ejus ipse sentiebam effectum. Vitam minorem, ut ita dicam, diaeta sub illa egi ac organismum meum non solito ardore, sed segnitie quadam functiones phsyicas tum physicas perficere sentiebam. Fieri non potuisse, quin sub illa vitae ratione, corporis pondus diminutum extitisset, puto.

Hacce periodo elapsa, ut melius extracti carnis frigide parati, adhuc dijudicare possem effectum, id iterum sumpsi, eodem modo ut antea descripsi, confectum. Per quinque dies sequentes, ceteris omnino ut in aliis diaetis, paribus, illius usu vixi.

Tunc pro ureo ac chloruretis, numeros obtinui sequenti tabula hoc loco Lectoris oculis obvios.

2170	3040	480	1120	3040	1010	magis per scitum
	3040	480	1120	3040	1010	magis per scitum
	3	4	8	1	3	7
	3	4	8	1	3	7

## DIAETA CUM EXTRACTO CARNIS FRIGIDE PARATO.

DIES.	CC URINAE per 24 hor.	TEMP. per 24 hor.	CHLORURETA per 24 hor.	UREUM per 24 hor.	UREA %/ per 24 hor.	CHLORU- RET A %/ per 24 hor.	POND. SPECIF.	PHO 5 per 24 hor.	PHO 5 %/ per 24 hor.
25 Febr.	1010	13°C.	13,81 gr.	24,30	2,40	1,36	1,0275	2,75 gr.	0,27
26 "	1040	11 "	14,15 "	24,55	"	2,36	1,026	3,00 "	0,28
27 "	1150	10 "	14,42 "	24,02	"	2,08	1,025	3,07 "	0,26
28 "	880	15 "	11,89 "	24,73	"	2,81	1,027	3,28 "	0,37
1 Mrt.	1040	12 "	14,97 "	25,02	"	2,40	1,44	1,026	3,08 "
	5120		09,24 gr.	118,62	gr.				15,18 gr.

Dantur exinde pro die, pro singulis substantiis, numeri sequentes

10,24 CC Urinae

10,11 Chloruretorum grammata

25,72 Urei grammata

5,05 PhO<sup>5</sup> grammata.

Meliorem me denuo sub hacce periodo agere valetudinem sensi. Ea elapsa, eam sumpsi decocti albi, copiam, extracti carnis loco, quae quantitatem antea sub aliis diaetis, extracti utriusque carnis ope ingestam, referebat. Paratum eodem modo erat, ut aegris in Nosecomio Amstelodamensi administrari solet.

Nempe R. Rasur. Corn. Cervi Unc. j; coq. len. cum aq. Unc. xviii, sub finem coct. adde.

Micae panis albi Unc. j. In col. Unc. xii solve Sacch. albi dr. vj.

Hujus formulae sumpsi Unc. 27 medic., quantitati Unc. 8 $\frac{1}{2}$  Neerland. fere similem.

Majorem paullulum chlorureti sodii addidi copiam sub illa ac sub praecedenti diaeta.

Effectus sequens doceat tabula, in qua cum secretionem urei tum copiam chlorii, et acidi phosphoric i connubiorum uti caeteris in tabulis, numeris iterum depictam referto

	40	50	60	

Postea exinde bis die:

Lunae 1080 CC

Cipolla galorum 4,00 Eiusmodi

DIAETA CUM DECOCTO ALBO.

**Sequitur exinde pro die:**

Urinae 1080 CC

### **Chloruretorum 14,55 grammata**

Urei 18,59 grammata.

PhOs 4,26 "

Diaetam illam diutius prosequi non potui. Cum sapore nutrimenti insipido tum quod nutritum minus jejunumque longe magis me sentirem quam antea, ab illa decidere coactus eram. Tunc diaetam inii cum carne ipsa. Eam assam sumpsi (Unc. 5), dum copiam liquoris, qua antea ad extracta paranda usus eram, tunc ad potandum sumpsi. Ita vixi per 3 dierum spatium. Ex analysi urinae sub illa diaeta sequentes accepi numeros (medium ex 5 observationibus) pro die: Urinae 79,88 CG

Urei 22,42 grammata

Chloruretorum 10,51 grammata.

Si numeros nunc variis tabulis relatos, pro variis diaetis, colligamus sequens datur exinde conspectus:

Sub diaeta cum extracto carnis frigide parato: medium ex 17 observationibus.

pro die: Urei 25,98 grammata, Chloruretorum 10,80 grammata.

Sub diaeta cum extr: carn: calide: par: medium ex 11 observationibus.

pro die: Urei 20,58 gr. Chloruretorum 10,14 gr.

Sub diaeta cum decocto albo: medium ex 5 observationibus.

pro die: Urei 18,59 gram. Chloruretorum 14,55 gr.

Sub diaeta cum carne assa: medium ex 5 obser-  
vationibus.

pro die Urei 22,42 gr. Chloruretorum 10,51  
grammata.

Ubi paululum de numeris in tabulis ipsis obviis lo-  
cuti erimus, quid ex iis redundet memorabimus,

Ad numeros Pondus specificum referentes, ope urinometri perveni. Methodum illam inquirendi imperfectam esse, constat apud physiologos. Nec illam magni ponderis habui in meis experimentis. Pondere specifico ut norma, ad judicandum de majori minorive urei copia in urina obvia, non egi. Sub singulis diaetis singuli urei numeri non multum inter se discrepabant, ita ut jam a priori, de urei copia conjicere potuisse, antequam tentamina cum carbonatis sodae guttula, in analysi suscepimus. Ubi novam tantum inii diaetam, ibi tentamina illa dabantur paullo longiora.

BISCHOFF ait, ex majori pondere specifico semper (unbedingt) ad majorem urei copiam in urina obviam, tuto concludi posse.

Effatum illud experimentis meis nec probatum nec rejectum velim. Si parvas enim in quaque tabula obvias, urei copiae diversae inter se invicem comparatae, differentias observamus, eas ad detegendas, methodo longe perfectiori utendum fuisse, dum econtra, ubi differentiae occurrant majores, methodus, licet itidem

imperfecta, ad eventum certiore ducere tamen posset. Urinae reactio per totam experimentorum seriem erat acida. Tempus quo colligebatur, nimis breve erat ac temperatura ea periodo nimis frigida, quam ut exinde decompositio urei oriretur. Dari posse tamen ammoniae quantitatem aliquam et in urina acida, HEINTZ (Lehrb. der Zoöchemie, p. 156) ac nuperrime BRÜCKE (Zeitschrift der W. Aerzte Jänner 1855) probarunt. Illa itaque ex urei decompositione originem dicens, methodo Liebiganæ indagandi urei, nocere posset. Ubi decompositio notabilis satis orta est urinae, LIEBIG ipse methodum suam insufficientem fatetur. Es bleibt, ait, dann nichts übrig als die vorhandene Menge Harnstoff und Ammoniak jede für sich zu bestimmen und das Ammoniak in Harnstoff auszudrücken. Unam tunc urinae partem cum aqua Barytae misceri oportere monet, ut Carbonas Ammoniae in Ammon: caust: mutetur. E parte illa urinae Ammon. calore ope expellatur, quo facto instituetur urei examen, cum solutione Nitrat: deutox. Hydrargyri. In parte altera urinae, Ammoniae copia indagatur. Id acido sulfurico hydrato facillime fieri monet. Man bedient sich hierzu einer verdünnten Schwefelsäure, die man aus 16,555 Gramm reinem Schwefelsaurehydrat und so viel Wasser mischt, dass das Gesamtvolum 300 Kubicent. beträgt.  $\frac{1}{2}$  CC dieser Schwefelsäure sät-

tigt genau 3,36 Milligrm. Ammoniak; diess ist die Menge, welche aus 10 Milligr. Harnstoff entsteht. In meis experimentis autem decompositio ista si obtinuissest, cur in uno casu major fuisset ac in altero, non video, ita ut exinde mutua comparatio, copiae variae urei secreti, erroribus extitisset obnoxia.

In capite seriei cuiusvis chlorureta, loco chlorureti sodii, posui. BÖCKER enim nuperrime (Prager Viertelj. B. IV, p. 159) methodo LIEBIGIANA, non chlorureti sodii solius sed chloruretorum universe, copiam indagari, probavit. »LIEBIG's neue Methode, inquit, das Kochsalz im Harne zu bestimmen, ist eigentlich nur eine Chlorbestimmung; allein man scheint mit LIEBIG jetzt fast allgemein stillschweigend anzunehmen, dass alles Chlor an Natron im Harne gebunden sei, was fur viele Fälle wenigstens grundfalsch ist; denn wäre diese Annahme richtig, so müsste immer so viel Natron vorhanden sein, um alles Chlor aufzunehmen, was nach meinen Untersuchungen durchaus nicht der Fall ist.“ Chlorureti sodii connubium tamen alia chlorii connubia in urina obvia, numero longe superare, notum est, ita ut in numero chloruretorum aducto aut imminuto detur et incrementum aut decrementum chlorureti sodii. Chlorureti sodii connubii numerus, mea in urina numero medio (Mittelzahl) a NEGAR invento fere plane respondet. Invenit ille (Ueber die

Aussch: der Chlorverb. durch den Harn. Giessen 1832) sub diaeta vulgari 10,46 gram. pro 24 horarum spatio. Ego inveni 10,85 aut 10,51, aut 10,41. BISCHOFF majorem numerum, nempe 14,79 grammata NaCl., pro die, invenerat. Eandem fere copiam salis praeter illud quod nutrimentis ipsis contentum erat, sub omnibus diaetis adhibere studii. Sub diaeta tantum cum decocto albo majori usus sum copia. Numerum tunc 14,85 NaCl. pro 24 hor. obtinui. Numquam vero tanta erat copia illa, ut urei secretio major exinde dari posset.

BISCHOFF enim salem, limites inter quos, sub diaeta solita in urina occurrit, nullius in urei quantitatem esse effectus, majori autem copia sumptum, urei secretionem augere, statuit. Canem, qui sub diaeta sine sale 22,50 gram. Urei pro die secernere solebat, sub diaeta cum sale 28,54 gr. Urei per urinam quotidie evacuare observavit. Eodem loco (Lieb. Ann., B. 88, p. 109) salis ingesti copiam nonnullam in organismo semper retineri statuit. Quid de commodo salis in organismo sentiendum sit, adhuc non patet. Opinionem vigentem, organismum impulsu naturali quodam ad ejus usum pelli Cl. DONders in opusculo, »de voedingsbeginselen», rejectit. Idem experimenta a RIQUET in equis instituta memorat quorum eventus, salem equorum diaetae adjectum, nullius fuisse utili-

tatis, docuit. Contra LIEBIGII opinionem, de salis in organismo commodo, ibi argumenta movit varia. Observationes autem, salis magna satis copia urei secretionem augeri; organismum cum chlorureto sodii parcimoniam quamdam agere qua salis ingesti partem retinere solet; chlorureta in morbis quibusdam (pneumonia verbi causa) uti VOGEL, BEALE, REDTENBACHER, docuere, in urina diminui ac nonnumquam plane abesse; actionem illi singularem, licet ignotam adhuc, tribuere urget.

Quod ad urinae copiam attinet, eam nonnumquam aquae ingestae quantitatem superare, nonnumquam econtra illa minorem, esse videmus. BENEKE (Archiv. für gem. Arb., B. I, Heft 5) hac de re uberrime scripsit. Conditionum veluti cohortem ingentem hic agere demonstravit. Hasce omnes si memoraremus, nima oriretur exinde a labore nobis proposito, aberratio.

Effatum BISCHOFFII „die Menge des täglich ausgeschiedenen Harnstoffs steht in einem ganz bestimmten Verhältniss zu der Wassermenge. Bei einer grossen Wassermenge steigt die Harnstoffmenge im Ganzen sehr entschieden“, experimentis meis firmari non videtur. Fortasse id ex parvis tantum, urinae copiae variae mutuo comparatae, discriminibus, deducendum foret. Physiologi porro dantur adhuc multi, qui de thesis illius veritate adhuc dubitant. BENEKE, VOGEL eam rejiciunt.

BECQUEREL, CHOSSAT, LEHMANN eam econtra experimentis firmasse statuit BISCHOFF. Nexus inter majorem minoremque aquae copiam in urina obviam ac urei itidem quantitatem minorem ant majorem, indagatio, inter difficillimas quaestiones physiologicas adhuc pertinere videtur. Parvo experimentorum meorum numero ne conamen quidem ad eam solvendam suspicere auderem.

Si urei secretionem conspicimus, quae ex hisce tabulis, variis pro diaetis sequitur, patet secretionem illam, sub diaeta cum extracto carnis frigide parato, numero 5,40 gramm. pro die majorem esse ac sub diaeta cum extracto carnis calide parato, eamque urei copiam sub diaeta cum decocto albo, emissam numero 5,59 gr: superare.

Sub diaeta itaque cum extracto carnis frigid. parato, majorem substantiarum nutritioni inservientium copiam ac sub diaeta cum extr: carn: calide par. in organismum ingestam fuisse, exinde deducendum est. Idem pro diaeta cum extract: carn: frigid: par: comparata cum illa cum decocto albo, valet. Corporis valetudo, diaetam cum extr: carn: frig: par: functionibus organismi sani suffecisse, ceteras econtra impares fuisse docuit. Anne conclusiones eadem pro diaeta cum carne ipsa, valerent? Ibi enim et secretio urei minor fuit ac sub diaeta cum extracto carnis frigide parato. Generali sensu id sustinere non auderem, speciali hoc in casu autem

conclusiones easdem et hic valere puto. Si carnem ipsam sumimus, eo vulgo majorem substantiae nutritentis copiam organismo ingeri puto, quam si ejusdem copiae carnis tantum utamur ut extracto. Apud me, ubi magno satis dierum spatio cibis tantum usus essem, quorum digestio erat facillima, ubi nutritio erat, ut ita dicam, sola per absorptionem, perfectam carnis ipsius digestionem locum obtinuisse non puto. Exinde virtutem nutrientem carnis ipsius minorem apud me fuisse, ac secretionem urei sub illa diaeta diminutam, econtra sub diaeta cum extracto carnis auctam exstisset, deducendum habeo. FRERICHS quidem de digestione carnis ait. »Eine vollständige Verdauung der Fleischfasern erfolgt wohl niemals, der groszere Theil der Fasern wird unbenutzt wieder ausgeschieden. Der Nutritionswerth des Fleisches fällt also viel geringer aus als man nach seiner chemischen Zusammensetzung erwarten sollte.“ BISCHOFF autem contra hocce effatum in opere suo, jam saepius laudato, verba fecit. In ventriculo sano perfecta satis fit carnis digestio. FREERICHS econtra ad thesin supra memoratam experimentis in canibus fistula ventriculi praeditis pervenisse, statuit BISCHOFF, quorum itaque digestio laesa exstisset, erat necesse. In canis sui faecibus, qui sub iisdem conditionibus versabatur physiologicis ac in statu normali, sub copiosa carnis diaeta, indigestas carnis

fibrillas detegere, miscroscopii ope non poterat. Ubi itaque diaetam cum carne ipsa diutius egissem, ibi et urei secretionem auctam magis fuisse futuram, puto. Cum strictissimae autem illius sui observationis, tum curae istius ut quotidie eandem vitae agerem rationem, nimium me taedium ceperat, ut experimentorum seriem ulterius protrahere non potuerim. Omnes qui in se ipsis experimenta talia physiologica instituunt, hac in re mecum consentientes habere credo. Quicumque tali modo vitam suam cum privatam tum socialem scientiae praebet sacrificium, ut via illa onerosa ac difficiili paululum tantum ad velamen functiones Physiologicas organismi nostri tegens, sublevandum perveniat, ejus voluntatem bonam ac labores, ut desint vires, miremur tamen oportet. Illius conaminum memor, criticus artis suae flagellum mitius paullulum agit, ubi labores ejus perscrutatur. Id et a Lectore meo in casu, etiam atque etiam rogo.

Hisce itaque experimentis quibus praestantiam unius nutrimenti pree altero, ubi comparationem instituimus, probare conati sumus, descriptis, de chemica compositione, qua gaudent singula, adhuc erit loquendum.

LIEBIG extracti carnis frigide parati praestantiam pree aliis hujuscmodi extractis coctione paratis, ita descripsit. In der gewöhnlichen durch Kochen bereiteten

Fleischbrühe fehlen in der That alle diejenigen Be- standtheile des Fleisches, die zur Bildung des Blutalbumins nothwendig sind, und das Eigelb welches hinzugesetzt wird ist sehr arm an diesen Stoffen denn es enthält im Ganzen  $82\frac{1}{2}$  procent Wasser und Fett und nur  $17\frac{1}{2}$  procent einer dem Eieralbumin gleichen oder sehr ähnlichen Substanz. Ausserdem enthält die neue Fleischbrühe eine gewisse Menge Blutroth und darin eine weit grössere Menge des zur Bildung der Blutkörperchen nothwendiges Eisens, und zuletzt die verdauende Salzsäure. Digestione in aqua frida car- nem omne albumen amittere, statuit LIEBIG. Ubi itaque caro infunditur cum aqua fervida ac subsequenti com- mittatur coctioni, ibi coagulatio albuminis oriatur, ne- cesse est. Hoe vulgo fit in extracto illo parando, quod BOUILLON dicimus. Massa carnis dura ibi facta, colando remota, omne albumen coagulatum refinet. Analysi ab amico meo, A. HEYNSTIIS instituta, in 40 grammat. ex- tracti carnis frigide parati, quod ego sumpseram, dari patuit 0,417 gr. albuminis sub temperatura 140 graduum CELSII siccati. In 400 gr. albuminis liquidi, ut in ovo occurrit, adsunt circiter 85 % aquae ac 15 % materiei siccae pro maxima parte albuinis. Patet exinde, si hosce numeros referamus ad copiam, Tex- tracti, quam ego sumere sub experimentis solebam, numerum circiter 62,53 gramm. albuminis liquidi,

uti in ovo datur sequi, quae quotidie sub illa periodo organismo meo ingerebantur. In extracto carnis calide parato copia longe minor frustra quaereretur. Digestionem albuminis liquidi facillime fieri constat. TIEDEMANN, GMELIN, BLONDLOT albuminis liquidi in ventriculo celerrime fieri absorptionem statuerunt. Licet, qua talis, non absorbetur ut MIALHE probavit, quod et a CL. DONDERS et doct. BAUDUIN denuo confirmatum est, antequam in »albuminosem» aut secundum LEHMANNUM in »peptones», permutatum sit; mutatio illa compositionem tamen primitivam non spectat. Reactiones modo nonnullas alias ac antea praebet, nec calore amplius coagulatur. Idem ordo elementorum tamen post hancce mutationem occurrit. LEHMANN analysi id indagavit ac a MULDERO pro parte jam monstratum erat.

In diario (Tijdschrift voor de Natuurk. Wetensch., Deel I, 1848) id ab eo jam commemoratum occurrit. Ubi digestionem albuminis artificialem cum acido Hydrochlorico ac stomachi vitulini fragmento (lebbe) instituerat, compagem ejus elementa constituentia immutata post digestionem illam invenit. De albumine ovi cum albumine carnis comparato LIEBIG prorsus ait »ob das Eieralbumin dem Fleischalbumin in seiner Ernährungsfähigkeit gleichsteht ist nach den Versuchen MAGENDIE's zum Mindesten zweifelhaft." Experimenta

illa, de quibus LIEBIG loquitur, in literatura, ubi eam perscrutatus eram, reperire non potui, LIEBIGII ipsis idcirco verba memorare habui prudentius. Substantiarum maxima pars, quae in extracto carnis calide parato occurrit, adest et in extracto carnis frigide parato. Kreatinum, Kreatininum et acidum inosinicium in extracto utroque occurunt. Maxima autem pro parte, per urinam, nulla facta mutatione evacuantur. Kreatinum tantum in ureum mutari posse, verisimile est. Acidum lacticum et in utroque datur extracto. Substantiae anorganicae in utraque carnis extrahendae methodo eodem fere numero adsint necesse est, licet, in extracto carnis frigide parando, ubi occasio datur, ut omnes in liquorem digerentem transeant majori numero nonnunquam adesse possint quam in extracto carnis calide parato, prout coagulatio albuminis celerior, majori carnis extractioni (Auslaugung) nocuerit. Exinde minorem me acidi Phosphorici connubiorum numerum sub diaeta cum extracto carnis calide parato, quam sub diaeta cum extracto eodem frigide parato, ex organismo evacuasse, explicandum puto. Haematinum quod in extracto carnis frigide parato occurrit, in extracto calide parato non datur.

Itidem, licet serius ac albumen, protracta coctione coagulatur, tamen in dura carnis massa retinetur. In haematinio illo autem, ferrum connubio organico junc-

tum facile ab organismino assimilari, verisimile est. Ferri ex industria organismo ingesti, maximam partem in sulphuretum mutatam faeces inter occurrere HELLER AC HANNON docuere. HANNON exinde martialia id agere imprimis putat, ut dum ipsa cum hydrogenio sulfurato in intestinis obvio sulphuretorum connubia ineant, ferrum alimentorum connubiis organicis junctum tueantur ejusque favent absorptioni. Substantiae duae organicae in extr. carn: cal: par: dantur quae in altero non occurunt. Trioxyproteinum nempe ac collae copia quaedam, coctione e carne extrahuntur. Collae copiam illam parvam tantum esse, LIEBIG in opere suo, „das Fleisch”, monstravit. Coctione per 5 horas protracta e 1000 gram. carnis bubulae 6 grammata collae, modo extrahi posse probavit. Von dem Gehalt an Leimsubstanz, ait, kann demnach die Wirksamkeit der Fleischbrühe nicht hergeleitet werden. Oxyproteinum copiam FRERICHS itidem parvam vocat, ac, num illa cum albumine in extr. carn: frigide par: contento aequari posset dubitaverim. In extracto carn: frig: par: datur prorsus copia nonnulla acidi Hydrochlorici. LIEBIG illud acidum „die verdauende Salzaüre” vocat. De quaestione, num in succo gastrico daretur acidum Hydrochloricum physiologi ac chemici, dudum certarunt. Tandem opinio illa, qua hujusce acidi firmatur praesentia in succo gastrico, victrix extitit. Id nuperrime in dissertationibus a

GRÜNEWALDT et SCHRÖDER, sub auspiciis SCHMIDTII BIDDERIQUE conscriptis, ubi experimenta in muliere fistula dolente ventriculi instituta, memorantur, confirmatum est. Acidi Hydrochlorici in dyspepsia utilitas medicis innotuit. Casum memini, ubi *in vitro* post coenam incommidis dyspepticis laboranti, mixtura amara cum acido Hydrochlorico, digestioni revera semper favere solebat. Quod ad decoctum album attinet, compositio ejus chemica, e colla ac substantiis anorganicis praesertim phosphate calcico, nota est. Collam in organismo in ureum mutari posse, experimenta cum a FRERICHSIO tum a BISCHOFFIO instituta, docuere. De virtute collae nutritiente dubitari non posse, egregie exposuit Cl. MULDER in physiologia (p. 964 seqq.). Ubi de primae ciborum ingestionis, in convalescentibus a morbo acuto, fortuna agit, ita loquitur. „Het eerste voedsel dat genuttigd wordt in convalescentie, dient ongetwijfeld, niet tot vorming van weefsels, maar belemmert de verdere afneming der weefsels, maakt deze stationair, levert aan de afscheidende organen hetgeen deze behoeven, om in werkzaamheid te blijven. Evenzoo de lijm in den normalen toestand van het dierlijk organismus, aan hetzelve als voedsel aangeboden.”

Si functionem tantum illam collae tribuere debemus, quod celerori sua decompositione, proteinica-

rum dissolutioni pro parte obesse possit, eo ipso collam inter nutrimenta collocaremus. Idcirco, ubi BISCHOFF postquam canis in urina, post collae usum, urei invenisset incrementum, collae tamen virtutem nutrientem negat ibique addit »weil das Körpergewicht des Thieres sich dabei gar nicht veränderte» nos illi assentire non possumus, thesinque illius, argumento eodem quo ab eo confirmatur, a nobis negatam velimus. Nostris tantum experimentis, candem copiam decocti albi, copiam eandem extracti carnis frigide parati adaequare virtute nutrienti, non potuisse pateret. Ceteroquin et ipse errorem in experimentis meis hac in re obvium, confitear oportet. Copiam decocti albi enim sumpsi eandem ac olim extracti carnis frig: pars: sumpseram. In copia illa nunc, extractum tantum datur unciarum 2 medicinalium cornu cervi. Quum vero decoctum illud potius ut potus vulgaris adhiberi solet, gelatina econtra cornu cervi ad nutriendum magis aegris a medicis administratur, candem copiam cornu cervi ipsius, ac olim carnis, adhibere ad decoctum parandum debuisse, ut virtutem ejus nutrientem indagarem. Comparatio itaque nostris in experimentis non datur cum extracto carnis frigide parato ac gelatina cornu cervi.

Opus meum ad finem vergit. Extractum carnis illud, cuius praestantiam indagare ac probare conatus sum,

medicis commendatum velim. Saporem illius haud gratum nec tamen ingratum administrationi nocere non puto. Condimentum aliquid ibi levamen afferre poterit. Caryophylli, parva succi citri copia, (ne coaguletur albumen), aut caramel, uti LIEBIG proponit, hanc in finem servire possunt.

A viris Clarissimis VAN GEUNS, SURINGAR, SCHNEEVOOGT, me rogante, in casibus nonnullis atrophiae, chlorosis, anaemiae, hydraemiae, aegris administrabatur, dosi quotidiana unciarum med: duodecim. Spatio temporis brevi, quo aegri hisce morbis affecti in nosocomiis versari solent, mihi prorsus de effectu extracti illius therapeutico, judicium ferre non licuit. Qui prorsus conditionem organismi per annos jam mutatam aut morbo gravissimo ab integro declinatam, mox alicujus aut medicamenti aut nutrimenti administratione tolli putat, ejus exspectationes saepius existant inanes, necesse est. Tempus ac patientia sola, medicum curae institutae doceant effectum, qui ubi cura illa basi nititur scientia probata, fieri fere non potest, quin exoptatus existat. Experientia itaque ulterius hac in re ferat judicium.

Hisce peractis finem operi inpono. Vitiosi ac imperfecti permulti hocce in opusculo obvii, auctor juvenis ac imperitus, qui laborem vires fortasse longe superantem suscepit, prae aliis sibi conscientis, cum a Lectori tum

a Censori, si forte occurrant, veniam ac clementiam etiam atque etiam rogat. Proverbii, »ut desint vires tamen est laudanda voluntas »memor, fore ut uterque mitius ferat, judicium, sperandum est.

TANTUM.

---

---

## T H E S S.

---

### I.

Urei in organismo 'genesis, cum a telis nitrogenigeris ipsis  
jam formatis, tum ab ingestis albuminosis aut collagenigeris,  
priusquam in telarum compagem abierint organicam, deduc-  
cenda est.

### II.

Errant qui nitrogenio contento, qua tali, virtutem alimenti  
nutrientem aut majorem, aut minorem statui posse, putant.

### III.

Perperam agit 'FRERICHS, ubi ex urei copia sub inanitione  
secreta, quantitatem alimenti albuminosi assumendi, deductam  
velit.

### IV.

Distinctio nutrimenta plastica inter ac respiratoria, reji-  
cienda est.

---

XIX.

Errant, qui primo Coxarthrocacis stadio, membrum affectum  
sano longius fieri putant.

XX.

Non datur fascia, fracturae claviculae rite sanandae, apta.

XXI.

Versio foetus in pedes, versioni in caput, praferenda est.

XXII.

In neonatorum asphyxia aërotractoris Simpsoniani usus, aëris  
inflationi praferatur.

---